



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Theologia Moralis Universa, Complectens Omnia Morum Præcepta, Et Principia Decisionis Omnium Conscientiæ Casuum, Suis Quæque Momentis Stabilita

Ad usum Parochorum, & Confessariorum

Continens Tractatus De Virtutibus Moralibus, De Justitia Et Jure Et De
Contractibus

Antoine, Paul-Gabriel

Ingolstadii, MDCCXXXIII.

VD18 90392159

Q. 2. An cessio bonorum creditoribus facta liberat à restitutione?

urn:nbn:de:hbz:466:1-40993

mittere debita Paterna, sicut nec procurator, vel commissarius, quæ debita sunt Domino, vel committenti, &c.

3. Ut condonatio non sit à jure annullata, prout est in iis casibus. 1. Si visitantes Ecclesias, accipiant aliquid ab iis præter necessaria ad victum pro illis diebus, quibus visitant, tenentur restituere duplum intra mensem, non obstante quacumque remissione iis sponte facta à dantibus, cap. 2. de Cens. in 6. 2. Si Judex delegatus aliquid acceperit à partibus, nisi fortè esculentum, aut poculentum mera liberalitate oblatum, quod paucis diebus possit consumi, vel si dum cogitur extra domicilium proficisci: acceperit plusquam moderatas impensas; vel si denique acceperit aliquid pro impensis, dum partes sunt pauperes, tenentur accepta restituere, non obstante remissione, cap. 11. de Rescript. in 6. 3. Si Inquisitores prætextu officii inquisitionis pecunias extorserint, tenentur restituere nullis remissionibus super hoc valituris, Clement. 2. de Hæret. in 6. 4. Si Canonicus, qui non interest officio, acceperit distributiones. Trid. sess. 24. Cap. 12.

Q. 2. An cessio bonorum creditoribus facta liberat à restitutione?

Resp. Neg. Sed solùm excusat à dilatione, ita ut debitor teneatur debita integrè solvere ex iis, quæ postea acquirit, retentis necessariis ad

ad suam, & suorum sustentationem parcam.
Est Communis.

Prob. i. ex Jure Civili, L. i. Cod. *Qui bonis cedere possunt.* ibi: *Qui bonis cesserint, nisi solidum creditor receperit, non sunt liberati: in eodem enim tantum, modo hoc Beneficium (cessionis) eis prodest, ne iudicati detrahantur in carcerem. & ex l. 4. ff. de Cess. bon. Is qui bonis cessit, si quid postea adquisierit, in quantum facere potest convenitur.* 2. Quia in foro conscientiae per necessitatem, & impotentiam non tollitur, sed solum suspenditur obligatio restituendi, donec facultas adsit: ergo nec cessio plus praestat. Igitur cessio bonorum hoc solum praestat, ne debitor possit conjici in carcerem, ex cit. l. & ne, si post cessionem aliquid acquirat, possit eo spoliari, si eo indigeat ad suam, vel suorum sustentationem, ex L. 6. ff. de Cess. bon. quod etiam valet in foro conscientiae, cum sit privilegium jure concessum, & contractus juxta leges celebrentur; sed de residuo tenentur debita solverē.

Q. 3. An ingressus in Religionem liberat à restitutione?

Not. Apud omnes constat validam esse professionem hominis debitis gravati; quia persona ejus est libera; nec Jure positivo irritatur, ut declaravit, Clemens VIII. quoad hoc punctum abrogans quod Sixtus V. statuerat.

N 2

Uter-